



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 140. Quid circa consuetudinem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

validè dispensat Episcopus & ejus Vicarius pro omnibus Diœcesanis, Parochus pro Parochianis, Superior pro subditis, non tamen pro famulis sæcularibus; Papa pro omnibus, etiam finè causâ, sic tamen dispensans peccare potest: Deinde qui potest dispensare potestate ordinariâ, potest suas vices alteri delegare, dicendo, si ille approbaverit causam, dispenset: Si autem ipsemet habeat potestatem delegatam, non potest subdelegare, attamen dicere potest, dispenso, si ille causam approbaverit: Denique si causa moraliter certa excuset, non est opus dispensatione Superioris, nisi fortè ratione scandali, quod oriretur, si publicè laboraretur, *Tamb. L. 4. c. 3. §. 2. à n. 31. Vide Leurenium P. 1. Quæst. 437. num. 2.*

Q. 140. *Quid circa consuetudinem.* R. Hoc unum, 585 quòd per consuetudinem videatur nunc licitum molere, non tamen advehere frumenta vel farinam avehere: non ubique tamen est talis consuetudo. *Escob. & Stoꝝ* per consuetudinem excusant etiam eos, qui tempore messis die festo sub vesperum acuunt falcem, vel præparant materiam pro labore sequentis diei necessariam.

Q. 141. *Quomodo pietas excuset.* R. Propter hanc 586 licitum est die festo fodere sepulchrum pro mortuo illo die sepeliendo, *Illsung T. 5. num. 167*; item veniale tantùm esset erigere sepulchrum Christi, præsepe vel moles artificiosas ad excipiendam Eucharistiam, licet die præcedenti fieri potuisset; item collocare scenam in Ecclesiis ad repræsentationem sacram, *Tambur. num. 3. Illsung supra.* Dubitatur autem, an excuset voluntas vitandi orii; negant *Suar. Comit. & alii*, quia opus, quod ex se est servile, manet tale, quamvis fiat pio fine: è contrà à mortali excusant *Sa, Silv.* aliique
cum